



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmma Diana**

**Diana, Antonino**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

Reductio Missarum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40647**

sicut dicitur Matth. 16. Quodcunque solvēs, erit solutum.

Nos verò hanc opinionem refutavimus V. Confessarius, numero 6, vbi docuimus, solum sufficere ratihabitionem de præsenti, vel de præterito; minime verò de futuro, quia hoc Sacramentum nullo modo pendere potest à fururo eventu, & si ab initio non fuit validum, non potest deinde valorem accipere. Accedit, quod Sacerdos non absolvit, nec absolvere potest nomine alterius hominis, sed immediate nomine & auctoritate Dei; unde nemo potest ullam ratam habere: quia ut dicitur in Reg. iur. 9. ratum habere quis non potest, quod ipsius nomina non est gestum. Illa autem regula, quam affert Crouse, procedit in ordine ad actus, qui licet à principio irsiti possunt postea per iuris fictionem revalidari, quales non sunt Sacramentales, in quibus potius illa regulalocum habet: Quod ab initio non valeat, tractu temporis non convalescit. Dic Coinch de Sacr. diff. 8. dub. 4. an. 34 part. 6. tract. 6. ref. 57.

#### REDVCTIO MISSARVM.

*Decreta de celebr. Mis*  
*reductio.* Hic solum circa Decreta Congregationis de celebrazione Missarum, in quibus prohibetur, seu limitatur Episcopis & Generalibus Ordinariis, & Officiis defunctorum. non restringit facultatem moderandi onera. Missarum, adverte primò, indicata prohibitory, & Officie secundum Novarium sit, de Missa celebr. numero 8. comprehendi etiam anniversaria, & officia defunctorum, & sic sacram Congregationem respondisse, testatur ex multis. Sed contra ipsum insurgit Merola tom. 3. disputat. cap. 5. dub. 16. numero 389. aitque Doctores ab ipso citatos & sacras Congregationem, non esse locatos de istis decretis Urbani VIII. prohibentibus: sed de decreto Tridentini concedente Episcopis facultatem Missas moderandi, &c. Nam, cum dicta prohibitio lo-

quatur solum de Missis, non debet extendi ad anniversaria, & multo minus ad Officia defunctorum: est enim lex odiosa, quia corrigit usum commune, nimicum Tridentinum, & ideo strictè interpretanda p. 6 sr. 7. ref. 40.

a Adverte secundò ex Marchino de Missarum Sacr. Ord. tractat. 3. parte 2. cap. 19. numero te Trident. 31. per dicta decreta non revocari primitum privilegium moderandi Missas ante Trid. listas, deinde relicta, quarum maximus est numerus, ut notatur in Synodo Florent. sub die 18. Maii 1627. §. de celebr. Miss. Nec onera Missarum post *Venitodium* Tridentinum relicta, sed ob tenuitatem eleemosynæ nondum ac Ecclesia acceptata: nam loquitur de oneribus impositis, qualia non sunt nisi acceptata, & mens Sacrae Congreg. fuit, ut numerus Missarum relictus & acceptatus adimpleatur. Salvo tamen, ait ipse, meliori iudicio, & sub censura Ecclesiaz. p. 6. tr. 6. ref. 10.

b Adverte tertio, non obstante revocatione privilegiorum Regularium, concessum Missarum onera moderandi, facta per dicta decreta, eundem Marchinum cap. 20. numero 7. afferte privilegium a Sanctiss. D. N. Urbano VIII. post dictorum decretorum divulgationem concessum Fratribus Minimis Conventus Iauensis, ut legata Missarum perpetua, & oneri adnexo impatia, ad rationem quinquaginta scutorum monetarum Romanarum pro qualibet Missa quotidiana reducerentur, quo quidem privilegio in pari cauâ frui posse adverbit, non solum alios eiusdem Religionis Conventus, sed etiam aliorum Ordinum communicantium. Ibidem resolutione 11. ¶ Est præterea alia concessio facta Minoribus Conventualis pridie nonas Augustian. 1639. ut in Conventibus, in quibus Missarum reduc̄io non erat facta, fieri posset in primo Capitulo, ad rationem sexaginta scutorum, in addit. ad Peyrinū. Constitut. 27. ¶

RE